



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXXIII. De Consumptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

XXII.

CONSVETUDINE introduci potest, quicquid potest statuto, Lap. alleg. 43. in fine. Franch. in c. unic. §. statuimus, in fine. de clericis non resid. lib. 6. Federic. de Senis cons. 17. n. 3. vers. praterca. & cons. 277. n. 1. circa fin. vers. secundò probatur. ubi quòd regulariter valet argumentum de uno ad aliud. Cravett. cons. 137. n. 3. Alex. cons. 52. n. 7. vers. si ergo lib. 5. & cons. 119. Quoniam. n. 9. vers. quia à pari procedunt, lib. 6. ubi quòd quantum ad causam efficientem sunt paria, refert Card. Tusch. d. tom. 2. conclus. 710. per totam. Wel. consil. 53. n. 59. Myns. resp. 49. n. 26. siquidem consuetudo nihil aliud est, quam Lex sive statutum tacitum. §. sine scripto. Inst. de jur. N. G. & C. & quòd statuto potest induci, idem etiam inducitur consuetudine. Joh. Andr. in addit. ad Specul. de instrum. edit. compendiosè Myns. d. resp. 49. n. 26. Vult. inter Consil. Marp. cons. 29. vol. 2. n. 39.

XXIII.

CONSVETUDO est interpretativa contractuum, l. quod si nolit. 31. §. qui assidue 20. ff. de adilit. edict. Magon. Florent. decis. 56. n. 3. & Lucens. decis. 7. n. 21. Menoch. de arbitr. casu 83. n. 10. Camil. Borell. in summa omnium decis. tit. 14. n. 93. Gabr. concl. 1. 16. de consuet. Surd. decis. 223. à n. 11. ubi ait, quòd facit contrahere partes secundum eam, dev. Infra de contract. §. ult. & in E. V. consuetudo regionis attendenda est l. 71. de contraben. Emt. & de aliment. tit. 1. quæst. 66. n. 6. ubi dicit, quòd qualibet dispositio recipit interpretationem à consuetudine.

XXIV.

Quicunque non est subditus illius Reipubl. in qua viget consuetudo, ille per consuetudinem non obligatur.

Ratio: quia consuetudinis idem effectus, qui legis expressæ, atqui lex expressa etiam forenses non obligat.

Limita: nisi quando occurrit publica utilitas exigendi Collectas ob bellum imminens, aut quando consuetudo vel statutum afficit ipsas res, quarum respectu Domino territorii obnoxii manet illi, qui ibi bona possident. Perez. Cod. de indit. n. 22.

De Consuetudine vicinitatis vid. Infra vicinitas.

CAP. LXXXII.

De Consueto, Solito, Usitato.

Axioma I.

Ea, quæ sunt moris & consuetudinis, i. e. quæ solent inter contrahentes convenire, in bonæ fidei iudicium veniunt. l. 31. §. 20. de edil. edict. l. 2.

Evid. Cujac. in Comment. ad lib. 7. African. l. 61. §. 3. de furt. ubi Ictus 1. Exemplum ponit de stipulatione duplæ; quæ cum assidue sit & frequens in venditione mancipii, idcirco placuit, ex emto agi posse in duplum, etiamsi duplum venditori non caverit.

2. Quod in generali hypotheca soleret ita caveri, quæ habeo, quæque habiturus sum. l. ult. C. de remiss. pign. si quis obligaverit bona sua, nullo alio adjecto videtur etiam obligasse futura, l. ult. C. quæ res pign. obligat.

3. Nec alia ratio est, cur in locatione ædium invecita & illata ab inquilino tacite sunt pignori obligata ob mercedem, quam quòd ita conveniri soleat.

4. Et hoc argumento posset hodie defendi, in omnibus testamentis tacite intelligi clausulam Codicillarem, quòd soleat adscribi, frequentissimè, & omnino nostrorum ferè ea sit mens, quæ Lucii Titii in l. penult. §. ult. de leg. 2. ut iudicia sua valeant quoquo modo.

5. Eodemque argumento defenditur ille mos auctoritate Martini & Theodori comprobatus: ut ita demum dos profectitia mortua filia in matrimonio redeat ad patrem, si mortua sine liberis, quòd ita pacisci inter se solerent focer & gener, si in matrimonio sine liberis decesserit, quòd vulgare pactum dicitur. l. Babius 30. de pact. dot. tal. hac Cujac.

Quod consuetum est etiam est necessarium. c. ex parte 18. d. Cons. Everh. in Top. loc. ab usufruct. n. 3. Zang. de Except. c. 9. p. 2. n. 26. lib. 3. Cujac. in Paul. ad edict. l. 4. de pact. alium canonem efformat: Quod vulgò fieri solet, inquit, sapè abit in Legem, & habetur pro facto vel pro dicto, etsi factum vel dictum non sit. l. ult. v. si enim partis C. de fidej. unde colligunt ea, quæ communiter & vulgò fieri solent, in legem abire. Cujac. in l. 4. de pact. in Paulo. C. de fidej. explicationem vide exemplum in Bachov. lib. 1. de pign. c. 11. n. 1.

III.

Consueti fieri, in dubio facta esse præsumuntur, per tradita à Bald. in rubr. C. de fid. instr. n. 8. vers. item quia non est incendium. C. si cert. per l. quod si nolit. 31. §. quia 20. de edil. edict. c. ex parte 18. de consil. Seb. Sapia in l. si emancipato. C. de collect. n. 30. & ibi Riminald. n. 50. Menoch. de præsumpt. l. 6. præf. 14. n. 16. Mascard. de probat. concl. 781. n. 5. vol. 2. Vult. inter Consil. Marpurg. consil. 22. n. 10. vol. 1.

CAP. LXXXIII.

De Consumptione.

Consumptione quis fructus suos facit. l. si pignore 22. §. si prædo 2. de pignomi. act. l. adversus 4. de crim. expil. hered. etiamsi sit malæ fidei possessor, à quo tamen condicuntur l. C. de condict. ex L. ubi Wesemb. in Comment. C. n. 12.

CAP. LXXXIV.

De Contractu & Conventionione.

Axioma I.

Contractus sunt facti. l. consilio 7. §. fin. ff. de cur. fur. l. 5. de just. & jur. Mozz. de Orig. contr. n. 3.